Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36886
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

salutem et prosperitatem. Certe non dubito experientia declarante quod sic libenter tracto
de vestro comodo et honore. vos ex parte vestra cupitis suo loco et tempore meis uti
litatibus providere. Unde est quod latorem presentium cum .cc. libris pisanis ad vos mitto quas
in pannis de vestro consilio debeat investire. Dilectionem vestram attentius deprecans quatenus
super hiis velitis quod sit utile inspicere diligenter. Scientes quod brachium stamus fortis
et precium talis panni in nostra terra pro tanta pecunia reperitur. R.
Circa preces vestras quas semper cupio exaudire sollicitus existens pro viribus et attentius
consideratis mercatorum terre nostre cum vestro nuntio conveni. asserant aliquid emere vel mi
cari quod vestre dilectionis utilitatibus responderet. Sed cum nichil apparuit unde lucrum vale
at reportari eundem nuntium vestrum ad vos remitto cum pecunia quam misistis. De sartore.

Curiali viro et bono. A. sartori alberto castellano. C. civis Carrotinus
salutem et cuncta obtinere que desiderat gratie vel honoris. Appropinquat forum vestrum
in quo si placeret vobis associari vellem et de arte vestra vobiscum communiter laborare
credendo premisse quicquid nobis deus dederit ad lucrum. super quo vestra bonitas michi
Multum gratum reputans quod vestris ſ debeat respondere. R.
litteris postulastis vos instanter deprecor et conforto quod sic ordinetis ad vestras nun
dinas veniatis quod bene simul esse potimus et congaudere et lucrum plurimum reci
pere domino concedente. De uxore ad maritum.

Honorando ac metuendo domino P. l. facundo iudici ac perito singulisque mul
tis plurimum diligendo. A. devota eius uxor salutem quam sibi publice dicit.
et utinam non sit. Unum quod Albertus amice noster quicquid per custodiam communium accipitur in
vino inutiliter consumit et dissipat. super quo eius pater tamquam egenus et pauper in lac
rimosus advenit supplicans ut intuitu pietatis illi vestras litteras destinare.
Quare vestram dominationem exoro quatenus pro sue salutis remedio dictum A. velitis
iuramento prestito a via tam pessima revocare. cum parte misericorditer faciendo
quod nil ei desit decetero ad perdendum. sed de pecunia quam debet habere pater ne indigentie
Petrus talis iudex dilectis ſ pocius consolatur. R.
sime uxori sue M. salutem cum indissolubili vinculo amoris. Statim cum
ad nos tue littere pervenerunt una cum fratre M. compellimus iuramentum prestare quod
aleis et tabernis et aliis inhonestis et illicitis abstineret. et sic de feudo
suo decetero eidem dabimus moderate quod de residuo aliquam subventionem habere potuit
ſ indigentia pater naturalis.